

DIE XXI. APRILIS.

B. BARTHOLOMÆI MART. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beátum Bartholomæum insignem fidei propugnatórem effectisti ⁊ et martyrii coroná sublimásti : da nobis ejus méritis et intercessióne crucem júgiter ferre ⁊ ut cum ipso glóriæ tuæ mereámur esse partícipes : Per.

DIE XXIII. APRILIS.

S. GEORGII MARTYRIS.

SIMPLEX.

Oratio.

DEUS, qui nos beáti Geórgii Mártiris tui méritis et intercessióne lætíficas : concéde propítius ut qui tua per eum beneficia póscimus ⁊ dono tuæ grátiaē consequámur : Per.

DIE XXIV. APRILIS.

IN FESTO CORONÆ SPINÆ DOMINI.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Ps. 

Ant. 

ij. toni. SUM- MUM Re- gem gló- ri- æ, spi- nis



co- ro- nátum, ridet plebs perfí- di- æ morti con-



demná- tum, alle- lú- ia. Ps. Laudáte pú- e- ri Dó-



minum. e u ó u a e.